

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la  
Dilingæ, 1685**

4. Defectus amoris Jesu Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

## §66 Pro renovatione Votorum.

ar frustra pene ha& tenus laborasse, & jecisse funda-  
mentum pretiosum, & jam superaedificare  
quisquilias. Ergo confusus resumpto pristino  
fervore spiritus, ad illam consummationem  
contendam, cuius exemplum dedit mihi Chri-  
*Ioan. 19. Stus in cruce, cum dixit: Consummatum est.*  
30.

## MEDITATIO IV.

*Cat. 6. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce  
14. Domini nostri Iesu Christi, per quem  
mihi mundus crucifixus est,  
& ego mundo.*

Defectus amoris Iesu Christi.

## PUNCTUM PRIMUM.

Forma-  
tur in  
nobis  
Christus,  
ipsum a-  
mando.

**A**D formandum in nobis Christum valde est  
necessarius ardens ejus amor. Is enim est  
veluti fornax, in qua duries cordium nostro-  
rum mollescit, ut in his divina vita ejus forma  
exprimatur. Quare omnes qui in Christi amo-  
re excelluerunt, videmus etiam in ejus imitatio-  
ne excelluisse.

## PUNCTUM II.

Christus  
præ cœ-  
teris æ-  
stiman-  
dus.

**C**onsidera amorem hunc erga Christum de-  
bere esse magnum, æstimativerè potissimum,  
sicut nihil Christo ejusque gloriae præponamus;  
ut potius ei ex integro serviamus. Quare in eo  
totus est Paulus, ut Galatis persuadeat vim &  
dignitatem crucis Christi. Et certè in vita spi-  
rituali

rituali nihil ita retardat à perfectiore illa forma,  
quam quod, si non speculativè, saltem practicè  
non satis astimamus Christum & ejus perfectam similitudinem, & nescio quomodo veluti  
scandalizamur in ejus cruce, paupertate, humilitate, adeoque in alijs ; & in nobis pluris facimus apparentia quædam bona, quam solidas Christi virtutes. Hinc enim fit ut admireremus & laudemus externa nostra & aliorum, interna vero parum admodum. Examinabo ego me & ad fundum usque exquiram, num verè Christum amem, num in me & in alijs tanti faciam vera bona, ut debedo : & si deprehendero in me pondus, & stateram dolosam ac mendacii, confundar, petitaque venia, corrigam.

## PUNCTUM III.

**Q**uod si velim ita Christum diligere appre- Et præ-  
ciative, debeo sentire quod seniebat Apo- cæteris  
stolus, cum diceret : *Mibi autem absit, &c.* qua- amadus  
si diceret : Gloriantur alii in cæteris bonis qui-  
buscumque quæ ipsi magna & excellētia reputant, in lege, in hominum plausu, in varijs talen-  
tis : at ego sola cruce Jesu, tanquam excellē-  
tissimo bono meo, per quem, id est per cuius  
meritum, ad cuius imitationem, & propter cu-  
jus amorem mihi mundus crucifixus est & ego  
mundo : adeo ut tanquam mortuus in cruce  
cum Christo jam amplius non tenear, neque  
tangar mundanis opinionibus, favoribus, deli-  
ciis, opibus, gloria ; vel contra, opprobrijs, de-

Nn 5

tra-

tractionibus, infamia, odiis, persecutionibus;  
& vice versa mundus ipse mihi crucifixus est,  
quia hæc eadem bona & mala mundana non me  
magis afficiunt, quam si verè mortua essent.

## PUNCTUM IV.

Hæc re-  
gula fa-  
ctis se-  
quenda.  
v. 16.

Utr. pa-  
cem ha-  
beamus.  
v. 17.

Quod  
palam  
facien-  
dum.  
v. 17.

Utr. pa-  
cem ha-  
beamus.  
v. 17.

**C**onsidera, non satis esse ad perfectum Christi amorem id sentire; sed necesse est etiam hanc regulam sequi, ut monet Apostolus. *Qui cunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos.* Certè hæc regula vitæ Christi, quam nobis Apostolus commendat, in nostro instituto & regulis nobis explicata & in manu posita est. Quare non tantum nobis magni faciendæ sunt, sed etiam singulari studio observandæ propter amorem Christi cuius vitæ formam nobis imprimunt: alioquin privabimur excellenti illo effecetu amoris Christi, pace, inquam nobiscum, cum Deo, cum superioribus, cum alijs: id quod experientia quotidie satis nos docet.

## PUNCTUM V.

**S**ed præterea si abundâtori charitate ferar in Christum, tentabo imitari Apostolum in eo quod dicit. *Decætera nemo mihi molestus fit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.* Quib⁹ verbis declaravit quantum amaret Christum: nam proculato omni humano respectu, & alegato à se omni favore, honore, & gloria hominum, despectisque dicterioris, odiis, persecutionibus, se & esse, & fore profitetur Christi

sti

sti servum, non occultum, non clam, & in animo, ac bonis desiderijs ; sed re ipsa, sed palam in suo corpore, in fronte, in vita tota, in conversatione omni, ferendo insignia & stigmata Domini Jesu , id est inustas ad similitudinem crucis Domini notas, verbera, ignominiam, calumnias, corporis mortificationes , quæ à Domini corpore, & cruce derivata testarentur, cuius esset servus & miles. Et hoc est quod regula 11. Constit, nobis commendatur. Ergo pertentabo animum meum & interrogabo me, an sit mihi satis robotis, ut dicam : *De cetero nemo mihi molestus sit, &c.*

## MEDITATIO V.

*Miror, quod sic tam citò transferimini  
ab eo, qui vos vocavit  
in gratiam.*

Gal. 1.6.

Levitæ &amp; inconstantia.

## PUNCTUM PRIMUM.

**C**onsiderabo, valde esse necessarium ad imperitandum cordi & vitæ formam Christi, inchoatum opus urgere continuò, nec intermittere. Quare Apostolus statim initio declarat inconstantiam Galatarum fuisse causam, cur in illis iterum formari Christus deberet : *Miror quod tam citò transferimini, & quasi transmigratis ad imperfectum statum à perfecto, ad quem vocati estis à Deo, ex puro amore. Cogitabo*

Con-  
stantia  
necessa-  
ria.